Q. D. B. V.

DE FVRE POENITENTE EJVSVE POENA,

INDVLTV

INCLVTÆ FACVLTATIS JVRIDICÆ

IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFFORDIENSI,

SVB PRÆSIDIO

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

RECTORIS MAGNIFICI

DN. TOBIÆ JAC. REINHARTHI,

JCTI, SACRI PALAT. CÆSAR. COMITIS, JVRID. FACVLT. ASSESSORIS, ET PROF. COD. PVBL. ORD. NEC NON CIVITAT. SYNDICI ET CONSVLIS,

PRO GRADV DOCTORALI

IN VTROQVE JVRE RITE CAPESSENDO

DISPVTABIT

ERNESTVS SIGISMVND. BEVCHEL,

Miſnenſis,

ADVOCATVS IMMATRICVLATVS SAXONICVS.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORE

DIE XIX. DECEMBR. HOR. CONSVET. M DCC XXXIII.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.

Digitized by Google

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA,

DE

FVRE POENITENTE

EJVSVE POENA.

§. I.

TAnta profecto eſt hominum malitia, rectique averſatio, ut non tantum in illa, quæ Legibus ſunt prohibita, nitantur, cupiantque negata, ſed non pauci quoque omnibus, quibus poſſint viribus eô allaborent, atque cupiditatibus ſuis perverſis frena adeo laxent, ut, de transgreſſu & violatione Legum conceptæ cogitationes, in facta externa ſæpe numero erumpant, atque adeo variorum delictorum ac criminum Rei fiant. In quos facinoroſos ut illi, qui Magiſtratum tenent, pœnis ſufficientibus animadvertant, atque putrida & noxia ejuſmodi Reipublicæ membra corrigant, in ordinem redigant, reſecent, quinimo è medio penitus tollant; ſumma eô magis exigit neceſſitas inſignisque ſuadet utilitas, quo minus cœteroquin vis imperii ſubſiſtere poſſet, quin potius ſecuritas publica, cum totius Reipublicæ civiumque ſalute, illico peſſum ire debeat.

Digitized by Google

§. II.

Pœnarum vero ejusmodi inflictio & delinquentium coercitio non libidinoſa, nec vaga, ſed juſta, hoc eſt, ita comparata eſſe debet, ut tàm proportioni perpetrati criminis, quàm fini pœnarum, & Legibus reſpondeat; Sicut enim Judex juſtus audit, qui criminis Reos *Competenti* pœnâ coercet, ibique juſtitia adminiſtrari dicitur, ubi pœnæ *rectè* decernuntur, ita econtra injuſtitiæ notam incurrere dicuntur illi, qui in pœnarum irrogatione, tam ſegnes ſe præbent & difficiles, quàm â Legum tramite nimium interdum rigoroſi deflectunt. Ad qualem vero juſtiæ ſpeciem *commutativam* ſcil. vel *diſtributivam*, quarum alteram GROTIVS (1) *expletricem* hanc vero *attributricem* appellare maluit, pœnarum inflictio ſit referenda, impræſentiarum, ne ab inſtituti ratione longius quam par eſt, aberrem, inquirere nolo; ſatis enim & ad nauſeam usque,hanc controverſiam diſcuſſam reperies aupd alios, inter quos præter omnes ſcriptores Juris Civilis Syſtematicos nominaſſe ſufficiat prælaudatum GROTIVM (2) & PVFFENDORFFIVM. (3) Hoc ſaltem non prætereundum eſſe cenſeo, Principem in pœnarum materia probe & ſollicite â judice diſtinguendum eſſe & ſeparandum; Illi enim, qui ſupra Leges humanas â ſe ipſo potiſſimum latas poſitus eſt, amplior longe & excellentior poteſtas, tam quod pœnarum irrogationem quam earundem exaſperationem, mitigationem, & remiſſionem attinet, quam huic competit, qui Legibus ut ſecundum illas præciſe judicet, adſtrictus eſt. Hinc Principi ſoli, ut *ſine exemplo alteri ſubvenire;* hoc eſt, aliquem

gra-

Digitized by Google

graviori, quam Leges imponunt, pœnâ coercere poſſit, poteſtatem einen exemplariter abzuſtraffen, oder ein Exempel zu ſtatuiren, adſcriptam legimus â TRIBONIANO (4) quod ſicut in *delictis non jure divino morali, ſed jure ſaltem humano punitis*, quo ipſe eſt ſuperior merito obtinet, (5) idem de pœnarum remiſſione, ob Jus, quo pollet aggratiandi dicendum eſt. (6) At Judicis Legum miniſtri poteſtas eô ſe non extendit, quippe cui potius, ne duriorem aut mitiorem ſe Lege præbeat, ſub pœnâ infamiæ prohibitum eſt ab IMPERATORIBUS VALENT. THEODOSIO & ARCADIO. (7)

(1) *de Jur. Bell. & Pac. L. 1. C. 1. §. 8. ſeqq.*
(2) *cit. tr. L. 2. Cap. 20. §. 2.*
(3) *de Jur. Nat. & Gent. L. 8. Cap. 3. §. 5.*
(4) *§. 6. Inſt. de Jur. N. Gent. & Civili.*
(5) HOPPIUS *in Comment. ad cit. loc.*
(6) *Conf.* CARPZ. *Pr. Crim. quaſt. 90. n. 60.*
(7) *L. 8. C. ad L. Jul. de Vi publ. Nov. 82. c. 10.*

§. III.

Judicis itaque poteſtas, in dictitandis pœnis præciſe ad Leges reſtricta eſt, qui propterea nulli facinoroſorum, mitigando pœnam, gratiam facere poteſt, quin potius ut ſecundum Leges ipſi præſcriptas pœnam, utut vel maximè duram & rigoroſam ipſi viſam, delinquenti ſtatuat, officii ejus ratio quam maximè poſtulat. (1) Cum vero facti circumſtantiæ tantæ ſint ſœpè multitudinis & varietatis, ac ita comparatæ, ut Lex in theſi præſcripta, propterea, quod ejusmodi circumſtantias & qualitates facti diverſas inprimere non potuerit, huic vel illi facti

ſpeciei in omnibus applicari nequeat, ſæpiſſime conſit, ut judex pœnam longe mitiorem, quam quæ huic delicto præſcripta eſt, delinquenti determinare debeat. Id quod ſicut recte & citra omnem juſtitiæ læſionem ita contingit; Ita & judici hac ratione, jus quoddam pœnam vel exaſperandi vel mitigandi, tuto adſcribi & poteſt, & debet, ut ſcil. pro modo admiſſi & circumſtantiarum occurrentium interdum durius, interdum vero remiſſius ſtatuêre valeat & debeat. Hoc ipſum non expreſſe ſolum confirmat VLPIANVS (2) quando inquit: *Hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoſcit quam vult ſententiam ferre vel graviorem, vel leviorem, ita tamen, ut in utroque modo rationem non excedat.* Sed JCtus quoque MARTIANVS (3) pœnas ex cauſis & qualitatibus facti exaſperare vel mitigare jubet, dum dicit: *Perſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit;* & nec Imperatoribus SEVERO & ANTONINO idem diſplicuiſſe ex ſequenti Reſcripto (4) conſtat: *Etſi ſeverior Sententia dici debuit, tamen Pro-Conſul, Vir clariſſimus, certis rationibus motus mitiorem ſententiam dixerit, & ordine Decurionum te biennio abſtinere juſſerit, transacto tempore non eſſe te in numero infamium, palam eſt.* Ipſum quoque Imperatorem CAROLVM V. in ordinatione criminali (5) hiſce principiis inſtitiſſe ex ſequentibus apparet verbis: **Mehr ſoll ermeſſen werden der Stand und das Weſen der Perſohn, ſo geſtohlen hat, und wie ſchädlich den Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag, und die Straſe darnach an Leib oder Leben urtheilen** ꝛc. & alibi (6) **oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſohn**

Digitized by Google

und Ermäßigung des Richters in andere Wege geſtraffet werden; Imo JVRE SAXONICO ELECTORALI (7) conceptis verbis, Judici poteſtatem mitigandi pœnam indultam, legimus ſequentibus verbis: Jedoch ſoll gleichwohl den Schöppenſtühlen und Gerichten unſerer Lande hiermit unbenommen ſeyn, aus Umſtänden/ die in Rechten gegründet/ und deren etnestheils in der Peinl. des Reichs Halßgerichts-Ordn. erzehlet, ſolche Straf deßfalß zu lindern und zu mildern ꝛc. ꝛc.

(1) *Can. 3. Diſtinct. 4. & Can. 70. Cauſ. 11. qu. 3. Conf.* SVTHOLTI *Diſſert. 16. ad Inſt. aph. 40.*

(2) *L. Hodie 15. ff. de pœnis.*

(3) *L. Perſpiciendum 11. ff. de Pœn.*

(4) *L. 3. C. Ex quib. cauſ. infam. irrogatur.*

(5) *Art. CLX.*

(6) *Art. CLIX. & CLXVII.*

(7) *Conſt. Elect. Sax. 23. P. 4.*

§. IV.

Ex quibus ſatis manifeſtum eſt, poteſtatem *mitigandi minuendique* pœnam Legibus definitam, non niſi ex *juſtis in Legibus approbatis, nec rectæ rationi contrariis cauſis* Judici competere. Ubi duo notanda: quorum *primum*: Ne ſub hoc Jure mitigandi pœnam ipſum *Jus aggratiandi* ſubintelligas. Hoc enim non Judici ut tali, ſed *ipſi Principi, ſummæque poteſtati*, vel *ex ſolo gratiæ capite*, quoad pœnas, jure divino morali poſitivo, non ſtatutas competit, per §. II. At vero Poteſtas mitigandi pœnam judicialis ex *ſolo capite juſtitiæ, non gratiæ* profluit, & propterea pro ſpecie interpretationis habetur à B. BERGERO (1). Hinc nec Jus *abolendi* crimina judici

Digitized by Google

attribui poteſt. Quid enim eſt abolitio aliud, quam indirecta ex capite gratiæ, criminis perpetrati ejusve pœnæ remiſſio? quæ fit, dum judex ab inquiſitione acceptâ certâ pecuniæ ſummâ, deſiſtit, Reumque neque condemnat, neque abſolvit, id quod ſine juſtitiæ læſione fieri nequit, & officio judicis manifeſte repugnat. Quamvis enim STRYCKIUS (2) ejusmodi abolitiones, de quibus modo dixi, propriè Aggratiationes eſſe neget, quippe quæ ſententiam pœnalem ſeu condemnationem præſupponerent, abolitiones vero hodiernæ, crimine nondum probato, & ſententiâ nondum ſecutâ fierent; adeoque quod hæ potius Transactionem pro redimendâ vexâ contineant, exiſtimet; Judici tamen nec ita pro redimendâ vexâ cum Reo criminis inculpato ante aut poſt peractam Inquiſitionem tranſigere poſſe recte docuit B. BERGERUS (3) imo B. LUDOVICI (4) abolitiones ejusmodi hodiernas ad ipſum Jus aggratiandi, rectius retulit; quid enim impedit, quo minus ejusmodi aggratiationes tàm ante ſententiam condemnatoriam, quàm poſt illam fieri poſſe, ſtatuam.

(1) *In Oecon. L. 3. t. 15. §. 17. Not. 3. p. 906. ubi recte Notam dixit* STRUVIO *in Jurispr. for. L. 3. t. 29. §. 1.*

(2) *Uſ. Mod. ff. tit. ad SCt. Turpill. & de abolit. crim. §. 2. in fin.*

(3) *In* SUPPLEMENT. CRIM. *P. I. p. 63. ſeqq.* & OECON. *L. 3. t. 15. §. 16. Not. 7. p. 905.*

(4) *Doctrin. pandect. L. 48. tit. 16. §. 3. in fin.*

§. V.

Ex eôdem verè principio extra Saxoniam Electoralem, recte denegavit idem B. BERGERUS (1) Judicibus, omni-

omnibusque in Imperio Magiſtratibus inferioribus Poteſtatem, commutandi pœnam fuſtigationis aut perpetuæ Relegationis in pecuniariam; Optime enim idem illuſtris JCtus obſervavit, ejusmodi mutationem diſpenſationis eſſe ſpeciem, ſive mutationem legis ſubjectivam, dum Reus ab obſervatione Legis univerſalis eximitur, quod genus pœnæ fuit â Principe definitum & determinatum, conſequenter Principi ſoli ejusmodi commutationem eſſe relinquendam. Notanter dixi: *Extra Saxoniam Electoralem* Jus commutandi pœnam non Judici, ſed Principi competere. Nam in Saxonia Electoli ejusmodi poteſtatem commutandi pœnam fuſtigationis aut perpetuæ Relegationis, Judicibus aut Nobilibus patrimonialem Jurisdictionem habentibus vel etiam Senatibus oppidanis, Ritterſchafft und Räthen in Städten, ex juſtâ cauſâ adhibitoque Collegii Juridici Conſilio, indultam eſſe per Legem publicam ex *Reſolutione Gravaminum de Anno 1661.* (2) manifeſtum eſt; ubi autem tria notabilia occurrunt: *Primo*, quod ejusmodi pœna pecuniaria, loco fuſtigationis aut perpetuæ Relegationis ſurrogata, non marſupiis Nobilium & judicum cedat, ſed piis cauſis applicanda ſit, quod ſecus fieret, ſi relegatio ſaltem temporaria aut carceris pœna in pecuniariam convertatur; quæ indiſtincte ad Magiſtratum ſpectat. *Secundo*, quod Illis, qui perſonalem & adminiſtratoriam ſaltem Jurisdictionem exercent, puta Præfectis Electoralibus, ejusmodi Jus commutandi non competat. (3) Et denique *tertio*, quod in delictis carnis v. g. ſtupris, ob nimiam delicti hujus frequentiam nec carceris pœna dicta-

Digitized by Google

dictata in mulctam commutari poſſit, niſi ſaltem attentata fuerint. (4)

(1) *Oecon. p. 906. Not. 3. & Supplem. Crim. P. 1. p. 59. ſeqq.* Confer. *quoque* CARPZOV. *Pr. Cr. B 3. quaeſt. 150. per tot.*

(2) *Tit. von Juſtitien-Sachen. §. 59.*

(3) BERGER. *Oecon. cit. loc. p. 908. & Elect. proc. matrim. th. 14.*

(4) *Idem* BERGER. *Elect. Crim. p. 30. ſeqq. & P. I, Reſp. 236. uti non in Oecon. p. 824. Not. 4.*

§. VI.

Alterum membrum, quod juxta §. IV. ſupra notam mereri diximus, in eo conſiſtit, quod judex ſummopere cavere debeat, ne absque *juſtis in Legibus approbatis Cauſis* pœnam mitiget vel minuat. Arbitrariæ enim pœnæ, ne in extraordinariis quidem criminibus ideo dicuntur, quod ab arbitrio judicis mero & abſoluto ſine rationis & Legis reſpectu dependeant, ſed quod potius ejus arbitramento & judicio in prudenti applicatione Legum ad facti circumſtantias ſubjaceant; Quæ circumſtantiæ cum infinitæ ſint multitudinis, ſequitur & cauſas mitigandi pœnas infinitas fere eſſe, nec certis regulis easdem includi poſſe; quare harum nonnullas ſaltem in compendio hic recenſuiſſe nobis ſufficiet; Sic inſignis iræ impetus, conſummata uſumque rationis impediens ebrietas, puerilis vel minorennis ætas, carentia doli, deficiens liquida corporis delicti probatio, diutina in carceribus delinquentis detentio, & plures aliæ pœnam minuendi proferri ſolent cauſæ, de quibus conferri legique meretur CARPZOVIUS (1) & qui cauſas mitigandi veras à ſpuriis ſolide & perſpicue ſeparavit ANTON.

Digitized by Google

TON. MATTHÆI (2), ad quos me brevitatis cauſa remitto.

(1) *Prax, Crim. Qv. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149.* Confer quoque TIRAQVELL. *tr. de pœn. temperand. per tot.*

(2) *tr. de Criminibus ad l. 48. ff. de Pœn. Cap. IV. & V. per tot.*

§. VII.

An vero & quatenus inter ejusmodi cauſas referri queat Delinquentis *Pœnitentia*, eo magis mihi nunc disquirendum videtur, cum hæc doctrina themati meo Inaugurali, quô de FVRE POENITENTE EJVSVE POENA agere mecum conſtitui, ſummopere inſerviat. Ubi quidem præmonuiſſe juvabit: per pœnitentiam heic à me non intelligi talem, qualem intelligunt Theologi, apud quos pœnitentiam agere idem eſt, ac reſipiſcere atque vitam emendare, nec non per fidem in Chriſtum ad Deum converti. Neque de illâ pœnitentia, quæ per modum quaſi pœnæ ſ. potius pro expianda eccleſiâ, illis, qui ſceleratis factis ſcandalo fuerunt aliis, imponi ſolet â judice eccleſiaſtico, atque die Kirchen-Buſſe appellatur, mihimet ſermo eſt; ſed Pœnitentiam merè iuridicam ſubintelligo, quæ in voluntatis mutatione conſiſtit, ita quidem, ut cum in dijudicandis rebus humanis intellectus non raro aberret, & voluntas inconſulto feratur in id, quod malum eſt, quid? quod rationi recta monenti, non ſine temeritate aliquando reluctetur, in animo hominis, qui potentiâ naturali Conſilium mutandi gaudet, perſpecto errore exiſtit quædam mutatio, quæ ſi per actus exteriores declaretur, juridico pœnitentia dicitur.

§. VIII.

De hâc itaque pœnitentia quæritur: Utrum juſtam cauſam mitigandi pœnam delinquenti præbeat? Ubi ſecundum communem Doctorum ſententiam *affirmative* reſpondendum, ita tamen, ut poſt pœnitentiam ſubſecutam *res in priſtinum ſtatum, qui ante delictum commiſſum erat, reduci poſſit;* Ita enim ANDREAS TIRAQVELLVS (1) Delinquens, inquit, ſi ſtatim pœniteat, *omniaque in priſtinum ſtatum reponat*, mitius puniendus eſt. Ex diverſo vero, quando factâ quidem pœnitentia, *res tamen in priorem ſtatum*, qui extitit ante delictum, *reponi planè non poteſt*, mitigationi pœnæ locum non eſſe Doctores adſtruunt; cui ſententiæ quoque calculum adjecit CARPZOVIUS. (2)

(1) *Tr. de temper. & mit. pœn. Cap. LX.*

(2) *Pr. Crim. qv. 37. n. 38. vers nam de dicta Regula fallit in illis delictis &c.*

§. IX.

Verum enim vero, ſi ex Legibus Romanis deciſio propoſitæ quæſtionis petenda, dubio omni non careret. VLPIANVS enim Pœnitentiæ omnem plane effectum denegare videtur, etiam in illo caſu, quo res ad priorem ſtatum reduci poteſt; Nam in *L. 65. ff. de furtis* ita ſtatuit: *Qui ea mente alienum quid contrectavit, ut lucri faceret, tametſi mutato Conſilio id Domino poſtea reddidit, fur eſt: Nemo enim tali peccato pœnitentia ſua fur eſſe deſinit.* Deinde idem VLPIANVS in *L. 17. §. 1. ff. de Aedilitio Edicto* aſſerit: *Cælius autem fugitivum ait eſſe eum, qui eâ mente diſcedat, ne ad dominum redeat: tametſi mutato conſilio*

lio

lio ad eum revertatur. Nemo enim tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit. Quibus textibus VLPIANEIS adhuc alter in *L. 1. §. 25. ff. depoſiti* addendus, ubi iisdem principiis inſiſtit, *ſi rem*, inquit, *depoſitam vendidiſti, eamque poſtea redemiſti in cauſam depoſiti: etiamſi ſine dolo malo poſtea perierit: teneri te depoſiti: quia ſemel dolo feciſti, cum venderes.*

§. X.

Econtra vero JCtus PAVLVS pœnitentiæ tam largum effectum indulgere videtur, ut eam non mitigare ſolum, ſed quoque penitus tollere pœnam ſtatuat. Sic enim in *L. 19. pr. ff. ad L. Cornel.* aſſerit: *Qui falſam monetam percuſſerint, ſi id totum formare noluerant, SVFFRAGIO JVSTÆ POENITENTIÆ ABSOLVVNTVR.* Deinde illam ipſam facti ſpeciem, quam VLPIANVS in paulo citato *L. 1. §. 25. ff. depoſiti* propoſuit, idem PAVLVS in *L. 4. §. 10. ff. depoſiti* repetit, ſed in contrariam plane ſententiam abiit, & ab VLPIANEA diverſam prorſus deciſionem ſubſtituit: Sic enim loquitur: *Item Labeo: ſi rem, quam apud te depoſueram lucri faciendi cauſa vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris, & eodem ſtatu habeas, ſive ignorante me, ſive ſciente, ea geſta ſint, videri in meam poteſtatem rediiſſe ſecundum Proculi ſententiam, quæ & vera eſt.*

§. XI.

Qui conciliare PAVLVM cum VLPIANO ſategerunt, puta GLOSSATORES (1) STRVVIVS (2) DIONYSIVS GOTHOFREDVS (3) JOANNES OTTO TABOR (4) cum plu-

pluribus aliis, varias in medium protulere conciliandi rationes, quas quidem ex inſtituto collegit & adduxit JCtus, dum viveret, excellent. DN. LVDOVICI (5) quæ tamen huic adeo parum placuerunt, ut potius de omni combinatione deſperaverit; inter PAVLVM & VLPIANVM diſſenſionem apertam hàc in re fuiſſe, contendens.

(1) *ad L. 65. ff. de furtis, quæ in Corpore Juris Gloſſato eſt L. 67.*

(2) *in tractatu, quem inſcribit:* GOTHOFREDI *IMMO, ſive Conciliationem legum obſtantium.*

(3) *in not. ad L. 65. ff. de furtis.*

(4) *In Racemat. Crimin. definit. tit. de furtis racemat. 3, n. 27. & 28.*

§. XII.

Verum enim vero, utut facilius concedi poſſit, inter VLPIANVM in *L. 1. §. 25. ff. depoſiti* & PAVLVM in *L. 4. §. 10. ff. de Uſurpat.* aliquem deprehendi diſſenſum, atque inter utrumque textum, quandam occurrere antinomiam, nihilo tamen ſecius ex collatione cœterarum ſupra memoratarum Legum, nulla mihi inter illas adeo evidens apparere videtur contradictio. PAVLVS enim pœnitentiæ delinquentis expreſſe hunc effectum tribuit, non quidem ut ille plane ſit impunis, ſed ut mitius ſaltem in eum animadvertatur; Ita enim de Liberto, qui patronum ſine venia in jus vocaverat, poſtea vero pœnitentia ductus actionem remiſerat, ſtatuit: *Quamvis*, inquit, *non adjiciat Prætor, cauſa cognita ſe pœnale judicium daturum: tamen Labeo ait*, MODERANDAM JVRISDICTIONEM, *veluti ſi pœnitcat libertum & actionem remittat.* (1) Nunc autem VLPIANVS, dum

non

Digitized by Google

non ſolum in *L. 17. §. 1. ff. de ædilitio* edicto ſervum fugitivum eum quoque eſſe ait, quem fugæ pœnituit, & ad Dominum rediit, ſed quoque in *L. 65. ff. de furtis* eum furem manere aſſerit, qui mutato conſilio rem ablatam Domino reſtituit; additâ in utroque caſu unâ eâdemque ratione decidendi: *Quod nemo tali peccato pœnitentiâ ſuâ nocens eſſe deſinat*, neutiquam in eo eſt, ut pœnitentiæ omnem plane effectum deneget. Non enim negat, mitius cum fure pœnitente remque ablatam reſtituente, quam cum fure non pœnitente procedi debere, ſed hoc ſaltem dicit, quod fur & nocens maneat. Jam vero non ſequitur protinus: Fur per pœnitentiam fur eſſe non deſinit; Ergo præciſe ut fur non pœnitens puniendus eſt. (2)

(1) *L. 11. ff. de In Jus Vocando.*
(2) *arg. L. 22. §. 5. ff. de furtis.*

§. XIII.

Sed quid ad textum PAULI in *L. Qui falſum 19. ff. ad L. Cornel. de falſis* reſpondendum, in quo pœnitenti delinquenti pleniſſimus effectus, *omnimoda* ſcil. *abſolutio* tribuitur; id quod ab eô alienum eſſe videtur, quod idem PAULUS alio in §. præcedente citato loco (1) de pœnitentia ſtatuit: quod ſcil. pœnæ ſaltem mitigationem producat. Recte quidem obſervavit hic ANTONIUS MATTHÆI (2), citatæ legis ſpeciem de imperfecto & nondum conſummato crimine eſſe intelligendam. Inſimul tamen negari non poteſt, nonnulla utique in Jure Romano & Juſtinianeo dari delicta, quorum pœnitentia omnimodam peremtionem, atque delinquentis

abſolutionem operari ſoleat. Horum numero crimen *Stellionatus* retulit ALEXANDER IMPERATOR. (3) Huic quoque accenſendum *crimen inceſtarum nuptiarum*, hactenus tamen, ut remittatur pœna inceſti, abſtinenti tali matrimonio, ſi necdum Reus poſtulatus ſit. (4) Porro *Crimen Falſi* à tutore conductis vectigalibus Contractum, ſi ultro & vectigali & pupillis ſatisfecerit. (5) Ac deniq; ſi quis judicem corrupit,& id ultro fateatur.(6)

(1) *L. 11. ff. de In jus vocando.*

(2) *tr. de Criminibus tit. de Pœn. Stellionatus §. 3.*

(3) *L. 1. P. de Stellionat.* LAUTERBACH. *in Comp. tit. de Stellionat. p. 679. ubi hoc in Crimine Stellionatus ſingulare eſſe aſſerit.*

(4) *L. 38. §. iidem Pellioni ff. ad L. Jul. de adulter.*

(5) *L. un. Cod. ne tut. vel Curat. vectigal. conduc.*

(6) AUTH. *Hoc novo jure C. de pœn. jud. qui male judic.* NOV. 124. C. 2.

§. XIV.

Prædictos in Legibus ſpecialiter notatos Caſus, ad exceptionem à Regulâ merito refero, econtra pro Regulâ in Jure ſatis fundata nec non in Praxi receptâ tenendum eſſe exiſtimo: *Pœnitentiam in caſibus non ſigillatim in Legibus expreſſis non prodeſſe delinquentibus ad omnimodam abſolutionem, ſed ſaltem, cæteris paribus, & ſi res in priſtinum ſtatum reduci poteſt, ad pœnæ mitigationem.* Contra vero nequidem hanc pœnæ mitigationem tunc operari, quando res in priorem ſtatum, qui ante delictum commiſſum fuit, reduci nequit. Notanter dixi: *delictum commiſſum:* Nam ſi delinquere volens in terminis *nudæ cogitationis* ſubſtitit, neque, pœnitendo ad actum externum processit, plane impunis erit. (1)

Quo-

Quotiescunque vero ad actum quidem externum, ſed *non perfectum*, cogitationes devenerunt ſequens diſtinctio (2) perplacet: utrum ſcil. delinquens *potuerit* quidem, ſed *noluerit* crimen perficere, utrum vero *non potuerit*. *Priori caſu per pœnitentiam* pœnam regulariter tolli, niſi conatus ille jam tum ſeparati delicti naturam aſſumſerit, ex ſupra citato textu JCti PAVLI (3) ſatis manifeſtum eſt; cum econtra, ſi conatus in aliud delictum jam tum degeneravit non obſtante pœnitentiâ, delinquens ita puniendus erit, ac meretur delictum conando commiſſum. (4) *Altero* vero *caſu*, ubi delinquens delictum inchoatum perficere quidem voluit, ſed *non potuit*, forſan quod aliunde impeditus, pari regulariter & ſtricti juris ratione eum pœnâ afficiendum volunt Doctores, ac ſi delictum conſummaſſet. (5) Quamvis univerſali fere Europæ conſuetudine receptum, ut quicquid Leges Romanæ de pœnâ conatus ordinariâ ſtatuerint, pœna hæc nunquam, ſed extraordinaria ſaltem & mitior regulariter in foris obtineat. (6) Videatur tamen ORDINAT. CRIM. CAROLINA de attentato *diffidationis* crimine. (7)

(1) *L. 18. ff. de Pœnis.*

(2) *Quam tradunt* GLOSSATORES *in L. 65. ff. de furt. Addatur* STRYCKIVS *de Jure Senſuum Diſſertat. X. n. 28. ſeqq. p. 504. ſeqq.*

(3) *L. 19. pr. ff. ad L. Cornel. de falſis, ubi illi, qui falſam monetam percuſſerunt, ſi noluerunt delictum conſummare, SVFFRAGIO JVSTÆ POENITENTIÆ ABSOLVVNTVR.*

(4) *Exemplum lege apud* BRVNNEMANNVM *Ex. 23. ad Inſt. t. I. §. 8. &* FARINAC. *qu. 124. n. 33.*

(5) *Rationem vide apud* ZIGLER. *ad Grot. L. 2. C. 26. §. 39.*

(6) CARPZ.

(6) CARPZOV. *Pr. Crim. P. I. quaſt. 17. n. 13.* FARINACIVS *Oper. Crim. qu. 124. n. 78.* TIRAQVELLVS *de pœn. temp. cap. 37. n. 3.* STRYCK. *de Jur. Senſ. Diſſert. X. n. 36. p. 506.*

(7) *Art. CXXVIII.*

§. XV.

Regulam, de qua præcedente §pho in Principio dixi, in Praxi eſſe receptam, nonnullis exemplis & præjudiciis, antequam ad furem pœnitentem, de quô ſigillatim agere mecum conſtituî, deveniam ut illuſtrem, non erit incongruum. Sic *incendiarium,* qui delictum ita perfecit, ut incendium actu exortum ſit, cum tamen facti adeo pœnituit, ut ad damnum majus avertendum eô quidem tempore, ubi ignis adhuc facili extingui potuit negotio, homines ad extinguendam flammam convocaverit,& excitaverit,non ordinariâ Rogi pœnâ, ſed mitiori puniendum eſſe, recte meo quidem judicio docuit CARPZOVIVS (1) Pari ratione *Diffidatores* pœnitentiâ ducti, literas diffidatorias vel ſigna inflammationis affixa & priusquam damni quid contigit, revocaverunt, non gladii, ſed mitiori, puta fuſtigationis & relegationis pœnâ fuiſſe punitos, teſtantur apud eundem allata Præjudicia (2) & quem latet *Raptores Virginum,* quas carnaliter quidem cognoſcere potuerunt, ſed pœnitentia ducti â concubitu abſtinuerunt, raptamque illibatam dimiſerunt, mitiori, quam ordinaria gladii pœna, huic enormi criminí ſtatutâ, (3) affici ſolere. (4)

(1) *Prax. Crim. quaſt. 39. n. 5.*

(2) *Prax. Crim. qu. 37. n. 35. ſeqq.*

(3) *L. un. C. de Raptu Virg.* CONST. CRIM. *Art. 118.*

(4) STEPHAN. *ad Ordinat. Crim. Carolinam Art. 118.*

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI.

Nunc, quid circa ſurem pœnitentem ejusve pœnam juſtum ſit, ut brevibus oſtendam temporis ordinisque ſvadet ratio. Quid fur ſit, ex ipſis furti definitione ſatis conſtat, ſcilicet is, qui alienas res mobiles vel earum uſum vel poſſeſſionem invito domino lucri faciendi cauſa contrectat, cui, ſi turpe hocce factum poſtea diſplicet, ita ut animo ſuo injuſtitiam, quam proximo rerum ſuarum ablatione intulit, agnoſcat, atque ad reſtitutionem ſeſe offerat, eamque quantum fieri poteſt, præſtet, fur pœnitens dicitur; De quo, ut, quid juſtum ſit, qualisve pœna eum maneat, eruamus, diverſas furum ſpecies, diverſamque eorum pœnitendi rationem contemplari neceſſe eſt.

§. XVII.

Fures in multiplici ſunt differentia. Vel enim *ipſas* alterius *res*, vel earum ſaltem *uſum*, vel denique *poſſeſſionem* contrectant. Hinc fures *rerum* dantur, dantur & fures *uſus* & *poſſeſſionis*. Dein quoque ſunt Fures vel *manifeſti*, vel *non manifeſti*, *Simplices* & *Qualificati*, item, qui *primâ*, & qui *tribus* vel *pluribus* vicibus furati, & vel *parvorum*, vel *magnorum furtorum* Rei ſunt; Fures *attentantes*, & *actuales*, & quæ ſunt aliæ denique furum ſpecies.

§. XVIII.

In tantâ furum diverſitate eorundem declarata pœnitentia, pro circumſtantiarum varietate, diverſos ratio-

ne pœnæ determinandæ producit effectus. Utut enim non pauci, ſi non omnes fere Doctores, in eâ ſint ſententia, ut propter VLPIANI doctrinam ſupra §. IX. ex variis textibus (1) adductam de Jure Romano in delicto furti pœnitentiæ nullum plane effectum attributum aſſerant, adeoque ANTONIVS MATTHÆVS (2) cum STRYCKIO (3) expreſſe delictum furti inter crimina excepta, quorum pœna per pœnitentiam delinquentis apud Romanos neque tolli, neque mitigari potuerit, retulerit; atque STRYCKIVS citato loco ex hâc ratione factum fuiſſe putaverit: ut pœna furti de Jure Romano ſaltem civilis, ad duplum ſcil. vel quadruplum obtinuerit; Quoniam tamen ex iis, quæ theſi XII. ſupra â me adducta fuerunt, præſertim ob textum PAVLI (4) quô Sententiæ VLPIANI contradixiſſe videtur, non adeo liquidum & certum ſit, utrum Legislatores Romani in crimine furti conſummato omnem plane effectum pœnitentiæ ſubtrahere, an vero, mitius quodammodo cum fure pœnitente, quam cum non pœnitente procedi maluerint, hinc non tam ex hoc Jure Romano quam potius ex Jure noſtro Germanico & hodiernâ Praxi deducere conabor, quid de fure pœnitente ejusve Pœnâ ſtatuendum ſit, præſertim cum longe diverſa criminis furti hodienum, ac de Jure Romano fuit, ſit idea atque facies.

(1) *L. 65. ff. de furtis. L. 17. §. 1. ff. de Aedil. Edicto. L. 1. §. 25. ff. depoſiti.*

(2) *tr. de Criminibus tit. de Stellionatu Cap. 2. §. 3. p. m. 218. Edit. Colon. de Anno 1715.*

(3) *Uſ. mod. ff. tit. de furtis §. 16. circa finem.*
(4) *L. 4. §. 10. ff. depoſiti.*

§. XIX.

Quod ſi itaque Jura Germanica & Praxin hodiernam reſpicimus, liquidum & indubitatum eſt, quod in crimine furti æque ac aliis delictis, quibus res ad priorem ſtatum reduci poteſt, propter pœnitentiam furis, cœteris paribus pœna ordinaria â Judice mitigari & poſſit & debeat; conſequenter, ſi circumſtantiæ furti commiſſi ita comparatæ ut fur laqueo quidem dignus reperiatur, ob pœnitentiam tamen ejus juſto tempore & modo poſt delictum conſummatum declaratam, pœna ſaltem carceris, relegationis vel etiam fuſtigationis obtineat. Probatur hoc ipſum non tantum per *Ordinationem Criminalem Imperii*, ubi expreſſè CAROLVS V. jubet, ut judex in determinanda pœnâ eô reſpiciat, quantum Domino per furtum damnum illatum fuerit, verbis: Wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag, und die Straff darnach an Leib oder Leben urtheilen &c. Unde ſequitur: quod ſicut ne minimum quidem damnum afferatur, ſi fur pœnitens rem ablatam reſtituat vel æſtimationem præſtet, ita nec pœnâ laquei tali caſu obtineat. Sed etiam per JVS SAXONICVM (2) ubi ita diſpoſitum legitur: Und nachdem denen Rechten gemäß iſt; daß der Diebe halben, ſo ihres begangenen Laſters halber zeitliche Reue tragen/und dasjenige, ſo ſie geſtohlen, ehe ſie zum Gefängniß gezogen, oder beklagt werden, wieder geben, oder derowegen ſonſten Erſtattung thun, die ordentliche Strafe etwas gelindert werde/ ſo laſſen wir es auch

geſchehen, daß es in unſern Landen alſo erkandt werden möge, jedoch daß dieſelbe Verbrecher gleichwohl mit Gefängniß, zeitlicher Verweiſung, oder nach Gelegenheit der Umſtände mit Staupenſchlägen belegt, oder geſtraffet werden.

(1) *Art. CLX.*

(2) *Conſt. El. Sax. 32. p. 4. §. f.*

§. XX.

Pœnitentia vero furis, ut pœnæ ordinariæ mitigationem operari queat, ita comparata eſſe debet, ut *primo* fiat tempeſtive, & non adeo ſero, *ſecundo*, ut rem furtivam teſtituat, vel illius nomine Domino ſatisfaciat, & *tertio*, ut furtum quod commiſit ſimplex, non vero qualificatum fuerit.

§. XXI.

Primum requiſitum, quod ſcil. furis pœnitentia non adeo ſero, ſed tempeſtive fieri debeat, de Jure Saxonico ſatis probatur partim ex *Conſtitutione Electorali XXXII. Part. 4. §. fin.* & quidem ſequentibus verbis: Und nachdem denen Rechten gemäß iſt, daß derer Diebe halben, ſo ihres begangenen Laſters zeitliche Reue tragen, und dasjenige, was ſie geſtohlen, ehe ſie zum Gefängniß gezogen, oder beklagt werden, wieder geben, oder derowegen ſonſten Erſtattung thun; Deinde etiam ex ſpeciali Mandato Potentiſſimi *Poloniarum Regis* & ELECTOR. SAXON. AVGVSTI II. glorioſiſſimæ memoriæ de *Anno M DCC XIX.* wegen geſchwinder Exequirung derer Diebe und Räuber ꝛc. (1) cujus verba ſunt ſequentia: Es wäre denn, daß wenn bey gemeinen und Hauß-Diebſtählen, der oder die, ſo den

Diebſtahl begangen, von ſelbſt/ ehe die *Inquiſition* angefangen/ *pœnitirete*/ und das furtum reſtituirete, ſo ſoll alsdann die Todes-Straffe nicht ſtatt haben ꝛc. ſondern die Beſtraffung der willkühꝛlichen Erkäntniß des Richters anheim geſtellet bleiben. Unde manifeſtum eſt, pœnitentiam præciſe ante inſtitutam Inquiſitionem ſpecialem, hoc eſt priusquam Reus ad articulos Inquiſitionales reſpondit, fieri, atque per confeſſionem furis declarari debere; Quo ipſo mandato Electorali noviſſimo ſicut â prædicta Conſtitutione Saxonicâ XXXII. hactenus receſſum ut etiam pœnitentia poſt incarcerationem & reſponſionem Rei ſummariam ad effectum liberationis â pœnâ mortis & laquei declarari queat, modo nondum ad articulos Inquiſitionales reſponderit; Ita econtra â pœnâ ordinariâ laquei fur, pœnitentiam ſuam poſt Litem conteſtatam differens, liberari nequit. (2)

(1) *ſ.* Wir wollen auch nicht weniger ꝛc. *verſ.* Es wäre denn ꝛc.

(2) *Reſcriptum declaratorium Potentiſſimi FRIDERICI AVGVSTI glor. mem. de dato* Dreßden den *26. Aug. 1720. quod extat in Corpore Juris Sax. Auguſteo Vol. I. p. 1930. ſub Rubrica:* Wie es in Sprechen zu halten, wenn ein Hauß-Dieb vor der *Inquiſition* das *factum* geſtehet, auch *pœnitiret*, und *reſtituiret*.

§. XXII.

Quemadmodum verò ex dictis facile eſt ad intelligendum, ſententiam CARPZOVII (1) qua ſtatuit: *Indulgere poſſe judicem furi nimis ſero etiam pœnitenti*, ſi domino pro damno ſatisfaciat, in foris Saxonicis Electoralibus admitti non poſſe, idque ob clara prælaudati *Reſcripti declaratorii* (2) verba, nimis ſeræ ejusmodi furis pœni-

pœnitentiæ, quam ad reſponſionem articulatam pertinaciter antea negando, diſtulit, omnem prorſus effectum detrahentia, ibid Sondern wenn die Reſtitution zwar geſchiehet, der Denunciat aber vor der Antwort ad articulos das Verbrechen in Güte nicht bekennet, nach der Schärffe obigen Unſern Mandats (ſcil. de Anno 1719.) allerdings erkandt werden ſolle. Ita de Jure Communi extra Saxoniam pœnitentiæ â fure declarandæ ejusmodi terminus non legitur præfixus, quam ob cauſam Judicem non errare exiſtimo, ſi furi etiam poſt reſponſionem ad articulos pœnitenti pœnam mitiorem quam alias non pœnitens meritus fuiſſet, dictitet, modo antequam vel per torturam vel aliunde convictus fuerit, ſponte adhuc confeſſus fuerit inſimul per reſtitutionem furti, rem ad priorem ſtatum reduxerit, dominoque ſatisfecerit. (3)

(1) *P. 4. Conſt. 32. def. 17.*

(2) *de dato* Dreßden, den *26. Aug. 1726.*

(3) B. LUDOVICI *Diſſert. de Reſtit. rei furtivæ Cap. 2. §. 7. ſeqq.*

§. XXIII.

Et hæc de *primo* Pœnitentiæ â fure præſtandæ requiſito dicta ſufficiant. Jam ad *ſecundum* me converto, quod in rei furtivæ reſtitutione; vel alia ſatisfactione Domino illius nomine præſtandæ quo quoque ipſius Domini remiſſio pertinet, conſiſtit, (1) ubi notandum: Prædicta duo requiſita neceſſario *conjunctim* concurrere debere ad effectum liberationis â pœna mortis & laquei; alterutro vero deficiente, ita quidem, ut vel furem tempeſtive quidem absque tamen rei furtivæ ſunt reſtitu-

tione

tione & ſatisfactionis præſtatione pœniteat, vel Domino quidem rei reſtitutione ſatisfaciat, nec tamen ante reſponſionem ad articulos ſponte confitendo, eum furti pœniteat pœnæ ordinaria laquei nihiloſecius de Jure Saxonico Electorali obtinebit, ita ut cæteris paribus, & ſi quantitas oblata ſummam 12. Imperialium totidemque groſſorum excedat, gula laqueo frangi debeat; prout in ſæpe laudato Reſcripto Regio & *Electorali Saxonico de Anno 1720. d. 26. Aug.* conceptis verbis ſancitum legitur; verbis: **Hingegen die bloſſe** Pœnitenz, **oder die bloſſe** Reſtitution **hierunter keinesweges** attendiret **werden ſolle ꝛc.** Quid? quod ſi quidem furem ante reſponſionem pœniteat, inſimul quoque rei furtivæ maximam licet partem, ſed non totam domino reſtituat, ita ut reliquum, quod propter paupertatem reſtituere nequit, valorem *duodecim Imperialium totidemque groſſorum* excedat, Dominus vero illam ſummam furi remittere nolit, nec tum pœnæ ullæ ordinariæ mitigatio locum ſibi vindicare queat, per verba ejusd. Reſcripti: **Sondern wenn die** Reſtitution **gar nicht, oder nicht völlig erfolget/ und ein mehrers als 12. Thlr. 12. Gr. ermangelt ꝛc. nach der Schärffe obiges Unſeres** Mandats **allerdings: erkandt werden ſolle.** Unde conſequitur: nec CARPZOVII (2) ſententiam ab æquitate aliàs non adeo alienam hodienum in Saxoniâ Electorali ſubſiſtere, qua ejusmodi furem pœnitentem, remque furtivam non totam, ſed quoad maximam ſaltem partem reſtituentem, à pœnâ laquei cum Scabinis Lipſienſibus in pœnitentiæ præmium abſolvit, utut in caſu ibidem propoſito *50. thaleri*

leri & 17. Ducati furi deſecerint, quos ob paupertatem reſtituere nequiverat. Cum econtra pœna laquei toties ceſſet, quoties ſumma ablata, quam fur reſtituere nequit, prædictam ſummam non excedit, furtumque præſertim primum & ſimplex fuerit.

(1) CARPZOV. *Pr. Crim. P. 2. qu. 180. n. 66.*
(2) *Idem* CARPZOV. *cit. tr. & loc. n. 75. ſeqq.*

§. XXIV.

Sed quid *de Jure Communi* extra Saxoniam tali Caſu obtinet? Ibi certe â Jure Saxonico hactenus in Praxi receditur, ut in furto *primo & ſimplici*, utut magno, hoc eſt ſummam quinque Ducatorum excedente, pœna mortis & laquei non irrogetur, etiamſi furem nec pœnituerit, nec reſtitutionem damni Domino præſtiterit, nec Dominus ſummam hancce ſponte furi remiſerit, quin potius ad ſummum fuſtigationis, vel relegationis vel carceris pœna pro varietate circumſtantiarum, ad quas reſpicere judicem jubet *Conſtitutio Criminalis Caroli V.* (1) dictari ſolet. (2) Ex quo conſequitur: nec pœnitentiam furis nec rei reſtitutionem tali caſu ad pœnam laquei avertendam opus eſſe, nihilo tamen ſecius, utraque ſi acceſſerit furem ita adjubavit, ut â fuſtigationis pœnâ ad minimum liberetur, & vel ſolo carcere vel relegatione coerceatur.

(1) *Art. CLX.*
(2) STRYCK. *Uſ. mod. ff. tit. de furtis §. 3.*

§. XXV.

Sed hæc omnia in *furto qualificato* hoc eſt, cum effractione violenta commiſſo, ſecus ſe habent, in quo fur

fur nec per pœnitentiam, nec per rei reſtitutionem damnique reparationem â pœna laquei liberari poteſt; (1) Hinc pro tertio pœnitentiæ requiſito, quod furtum ſimplex non qualificatum eſſe debeat, ſupra poſui. Ratio hujus rei eſt, quod atrocitas criminis pœnitentiæ effectum mitigandi adimat, quippe in quo non tam ipſum furtum, quam effractio violenta & vis publica mortis ſupplicio afficiatur, adeoque nec ad rei furtivæ quantitatem nec perſonæ qualitatem reſpiciatur. (2) Quare ex hoc ipſo quoque fundamento nec in crimine *Rapinæ* pœnitentiam, reique reſtitutionem quicquam operari recte probat CARPZOVIUS. (3) Cui & furtum magnum tertiâ vice commiſſum addendum eſſe exiſtimo. (4)

(1) CARPZOV. *Pr. Crim. qu. 180. n. 61. ſeqq.*
(2) *Ord. Crim. Caroli V. art. 159.*
(3) CARPZOV. *qu. 90. n. 58. ſeqq.*
(4) *Ord. Crim. Carol. V. art. 162.*

§. XXVI.

Alia verò eſt quæſtio: An ſummo Principi poteſtas ex capite gratiæ ejusmodi furi qualificato, vel etiam habituali, quem ultimum Carolina Sanctio: Einen verleumbden Dieb, appellat, (1) pœnam laquei ex capite pœnitentiæ, quam promittit, atque de quâ ſpem Principi fecit, remittendi & in leviorem, puta carceris, vel operas publicas commutandi competat? quam quidem affirmandam eſſe, ne territoriali & Legislatoria, quâ Princeps pollet, in territorio, poteſtate â quâ jus diſpenſandi & aggratiandi profluit non dubito, ſed cum

D non

non raro, tantum non plerumque, Principes indulta gratiæ ex eô pœnituiſſe conſtet, quod furum ejusmodi habitualium natura ſemper recurrerit, etiamſi furcâ eandem expellendi omnem operam impenderint, eo majore circumſpectione in impertiendis ejuscemodi gratiis, ne ſcandalum aliis præbeant, verſari, nec ſine prægnantiſſimis rationibus ejusmodi ſceleratis veniam atque impunitatem concedere ſolent.

§. XXVII.

Ad Illuſtrationem eorum, quæ ſupra de pœnitentiâ furum tempeſtivâ, & cum rei furtivæ reſtitutione conjunctâ in medium protuli, non incongruum eſſe puto, ſi ſententiam in causâ quâdam furti famoſa, cujus defenſionem hoc ipſo anno currente feliciter ſuſtinui, coram Senatu Miſenenſi publicatam cum Rationibus decidendi apponam, quæ ſequentis eſt tenoris:

P. P.

Als dieſelben uns ferner gehaltene gerichtliche Regiſtraturen/ Annen Marien Keutelin betreffend/ und was dieſelbe zu ihrer Defenſion anderweit in Schrifften übergeben/ ſamt denen wider ſie ergangenen Inquiſition-Acten in 5. unterſchiedenen Voluminibus nebſt einer Frage zugeſchicket, und unſere Rechts-Belehrung darüber gebethen.

Demnach erachten wir nach fleißiger Verleſung und Erwegung darauf/ in Rechten gegründet und zu erkennen ſeyn.

Daraus ſo viel zu befinden/ daß jetzt beſagte Anna

Maria

Maria Keutelin in der von ihr anderweit übergebenen Defenſion-Schrifft ſo viel/ daß ſie mit der in Urthel fol. 188. Vol. IV. zuerkannten Straffe des Stranges zu verſchonen/ ausgeführet/ ſie wird aber nichts deſto weniger ihres begangenen und geſtandenen übrigen Verbrechens halber mit Staupenſchlägen/ des Landes/ worunter auch die Sachſen Querfurtiſchen zu verſtehen/ auf ewig verwieſen/ immaſſen ſie auch die auf dieſe Inquiſition verwandte Unkoſten, ſo viel ſie deren verurſachet/ abzuſtatten ſchuldig. Von Rechts wegen. Uhrkundlich mit unſern Inſiegel verſiegelt.

Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juriſten-Facultät in der Univerſität Leipzig.

Rationes decidendi

in Inquiſition-Sachen Annen Marien Keutelin betreffend.

Ob wohl ſcheinen möchte/ daß die Inquiſitin nach Anleitung der gerichtlichen Regiſtratur fol. 88. ſeqqu. Vol. IV. wegen derer von ihr zu Schirritz/ Groß- und Klein-Kagen und Mauna/ nebſt einigen andern in denen Acten benannten Perſonen/ als nehmlich Bergern/ der Großin/ der Hungarin und der Zſchitzmannin verübten Diebſtähle/ allermeiſt da ſie mit der Peinlichkeit würcklich beleget worden/ und inſonderheit bey dem 7. 8. 9. 10.

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. und 23. Frag-Stücke ein und anders/ ſo iſt vorhero geläugnet/ bekennet/ daß bey ſolcher Bewandniß, nach Vorſchrifft des allergnädigſten Mandats/ wegen geſchwinder Exequirung derer Diebe und Räuber/ſowohl die von denen Beſtohlnen beſchehene terremiſſion und Erlaſſung/ als auch die von Inquiſitin ſelbſt auf gewiſſe maſſe/ und bey denen Acten fol. 34. b. ſeqq. Vol. V. erfolgte Wieder-Erſtattung einiger geſtohlnen Sachen wider die Todtes-Straffe ihr fernerweit nicht zu ſtatten kommen/ bevorab da Innhalts des Urthels fol. 184. Vol. IV. Inquiſitin das in ietzt angezogenen allergnädigſten Mandat geſetzte Quantum derer 12. Rthl. 12. gl. bey dieſen verübten Diebſtählen zu ihren Antheilen genoſſen/ ſie auch das annoch ermangelnde zu erſetzen nicht vermögend. Demnach aber und dieweil Inquiſitin, beſage derer Acten/ ſowohl bey der ſummariſchen Vernehmung fol. 8. ſeqqu. Vol. V. als auch bey der Antwort auf die Inquiſitional-Articul fol. 181. ſeqqu. Vol. VI. daß ſie nebſt denen übrigen vorbenannten Complicibus die Diebſtähle zu Schieritz/ Groß- und Klein-Kagen und Mauna verübet/ und verüben helffen/ darneben von denen Schieritziſchen/ Groß- und Klein-Kagſchen einen Antheil erhalten/ deutlich zugeſtanden/ das übrige aber/ was ſie hierbey anfänglich geläugnet/ nachgehends aber und bey denen vorhin benennten Frag-Stücken/ unter denen Daumen-Stöcken und Schnüren/ eingeräumet/ hauptſächlich auf ein und andere Umſtände inſonderheit/ wie und auf was maſſe dieſe Diebſtähle zu-

gleich

gleich von Inquiſitin verübet/ und was ſie eigendlich dabey vor ihre Perſon unternommen/ gerichtet/ welches in Betrachtung des bereits gethanen Haupt-Geſtändniſſes das Verbrechen/ und daß um derentwegen das Erkentniß auf die Todtes-Straffe nothwendig zu richten ſey/ nicht vergröſſern/ weniger dasjenige/ was in dem allergnädigſt angezogenen Mandat wegen der reſtitution und remiſſion zu Abwendung der Todtes-Straffe geordnet/ hindern kan/ bevorab/ da Inquiſitin unter der Marter ſelbſt/ und inſonderheit bey dem 6. 11. und 17. Frage-Stücken/ daß ſie ein mehrers nicht, als ſie vorhero und gleich anfänglich eingeräumet/ zu ihrem Antheil von dieſen Deuben erlanget/ erhalten/ alſo derſelben hierunter gethanen erſtern Geſtändniſſe nunmehro geglaubet werden muß/ folglich/ da wegen derer Groß- und Klein-Kagiſchen Diebſtähle fol. 34. a. und b. ſeqq. Vol. V. theils die Remiſſion derer Beſtohlenen/ theils die Wiedererſtattung derer geſtohlenen Sachen/ bey denen Acten vorhanden/ nur alleine in Anſehen des Schieritziſchen Diebſtahls das in dem Urthel fol. 186. v. fol. IV. determinirte Quantum an 11. Thlr. 6. Gr. übrig bleibet/ welches hingegen nebſt demjenigen/ was Inquiſitin von der Maunaiſchen Deube, Inhalts des 23. Fragſtücken fol. 89. v. Vol. IV. und der regiſtratur fol. 111. v. Vol. III. genoſſen/ das Quantum derer 12. Thlr. 12. Gr. annoch nicht erfüllet/ dahero denn bey ſo bewandten Umſtänden Inquiſitin mit der Todes-Straffe zu verſchonen/ jedoch ihres übrigen Verbrechens

brechens halber mit einer empfindlichen Leibes-Straffe zu belegen. So iſt wie im Urthel enthalten von Uns billig erkannt.

Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juriſten-Facultät in der Univerſität Leipzig.

Digitized by Google